

Theophilus. Sic quoque de exterioribus accipiendum puta. Cælum est enim sancta ecclesia et sicut sydera certum non deserunt ordinem, sic ministeria ecclesiastica, olim a Deo et sanctis patribus ordinata, nulla confusione convenit permiscere. Qui autem confundunt et permiscunt ea, alieni ab ecclesia Dei sunt; qui autem alieni ab ecclesia Dei sunt, ab ipso Deo alieni ^{a)} sunt ^{a)}; qui autem ab ipso Deo alieni sunt, diaboli participes sunt. Diabolo autem et sociis eius paratus est ignis, qui *non extinguitur et vermis qui non moritur* ¹⁾).

Eutitius. Ohi! quam terribilem consequentiam nexuisti! Quid ergo facient principes et sacerdotes ^{b)} nostri ^{b)}?

Theophilus. Principes et sacerdotes vestri ²⁾ quid amplius facere habent, nisi ut tantum Deo reddant rationem, quantum illis summam tradidit potestatem? Apud principes enim et sacerdotes vestros ius *confunditur*, *lex* abrogatur, *fasque nefasque* miscentur, *Dei timor* ³⁾ contempnitur ^{c)}, sacri canones conculcantur et ita omnia permixta sunt, ut nichil ^{d)} aliud nisi iudicium ^{e)} Dei supersit. Decedente episcopo ⁴⁾ substantia ^{f)} eius invaditur, bona eius sicut hostium spolia dividuntur. Iste invadit ecclesiam, alter usurpat abbatiam ⁵⁾. Exilit in medio miles dicens: Hoc et hoc dedisse mihi dominum meum qui ^{g)} decessit ^{g)}, sacramento firmabo ^{h)}. Ipse episcopus nondum perunctus nec sedi impositus residuas reliquias rerum ecclesiasticarum patronis dispertit, et dum desiderat nomen pastoris, iam lupo factus est. Talia ergo facientes dicitis vos christianos, cum manifeste antichristi sitis? Dicit enim Christus ⁶⁾: *Qui non est mecum, contra me est, et qui non colligit mecum, dispergit.* Vos quæ Christus construxit, destruitis et quæ collegit ⁱ⁾, dispergitis; et christianos vel cum Christo vos esse putatis? Frustra

a) sunt alieni B. b) von jüngerer Hand unterstrichen A. c) contempnitur C. d) nihil C. e) iudicium C. f) substantia B. g) mit Verweisungszeichen in der folgenden Zeile nach firmabo nachgetragen A. h) confirmabo B. i) colligit B.

¹⁾ Marc. 9, 47 (D).

²⁾ Vgl. oben S. 37.

³⁾ Vgl. Flodoard, Hist. Rem. eccl. IV 53, SS. 13, 599.

⁴⁾ Zum Folgenden vgl. c. 14 der Reimser Metropolitansynode von Trosly 909, ed. Goussert S. 604 ff.; Lesne, Histoire de la propriété ecclésiastique en France 2, 3, 43, 44 Anm. 1.

⁵⁾ Zum Sprachgebrauch von abbatia und ecclesia vgl. die Urkunde Roricos für St. Vincenz von Laon vom 3. 6. 966/969, ed. R. Poupardin, Cartulaire de St.-Vincent de Laon (1902) Nr. 5 S. 188: hoc est terram dimidie abbacie sancti Hylarii cum ecclesia ipsius sancti. Vgl. K. Blume, Abbatia (Kirchenrechtl. Abh. hg. von U. Stutz 83, 1914), S. 42 Anm. 1.

⁶⁾ Luc. 11, 23 (D).